quia dei gratia miseros reduxit ad superos.

Prime culpam femine delens sine crimine natus
est de uirgine perdito pro homine rex et lux de lu
mine claruit et nobis apparuit. Prime matris
uitio. dampnatur exilio. sequens generatio. sed de
celi solio mundi restauratio. mittitur. sic nobis
consulitur. Hic est salus omnium. redemptor
humilium. uera spes credentium. pauperis refu
gium. uidue solatium. in celis sedis cibus angelis.

Conduct

Alto consilio diuina ratio restau

ranſ homi nem. Immittit celitus uim sancti

ſpiritus qua replet qua replet qua replet quare-

plet uirginem. Pectus uirgineum celo capatius

totum et integrum claudit interius illum qui

deus est deus est deus est et dei filius. Viſitat

de se ſupera babilonis filia misera persona filij

missa non altera nostre carnis ſumit mor-

[illegible] talitas. Moratus est fletus ad uespe-

rum matutinum ante luciferum castitatis e-

greſſus uterum uenit xps nra leti cia.

Vulle carnis maiestatis occultauis potentiam.
Pugnaturus non amisit armaturam regiam.
Sed pretendit inimico mortalem substantiam.
Capit deus temporale nascendi principium. Sed
pudoris non amittit uirgo priuilegium. nec post
partum castitatis emarcescit lilium. Rubus ardet
et ardenti non nocet uis elementi flamma nichil
destruit. Sic uirgine pariente partu nichil des
cruente uirginitas floruit. Soluitur abrahe sera
promissio. Iam fere seculi decurso spatio. Nobis

locutus est deus in filio. O limes carminis com
pletur littera. Rex inquid ueniet de sede superna.
Qui presens hominum iudicet opera. Cum non
saluet hominem legis obseruatio. Deus orbem
uisitat ortu necessario. Nec per legem gens sal
uatur nec mortuus suscitatur per premissum
baculum. Donec uenit helyseus et in carne
presens deus uisitauit se culum.